



APPENDIX

De

Explanatione obsessæ & feliciter secundâ vice liberatæ Viennæ.

Postquam Vienna Austriæ Metropolis Cæsarea & Archiducalis Residentia Anno 1683. die 14. Julij à fervissimo Turcarum Exercitu circiter 170000. armatis militibus valido sub Ductu Jussuq; Grandis Veziri Karæ Mustaphæ Bassæ circumvallata, 17. die ejusdem utriusque interclusa fuit. Hostis fossas ducendo mirum in modum appropinquando à dextra sinistraque suis lineis adjuncto semilunæ velo contestus ante Arcis & vulgò Lôbel suggestum contrascarpæ vicinus linearum designatu incursionem, ita conduxit ut unicuique nostratum frustra & incassum (etsi unâ vice tentatum) istius munimentum profundasque sesqui viro fossas curriculares invadere videretur.

Quamvis durante hostis aggressu à nostra parte optimè prævideretur, interque horrendos Formentorum mugitus inter devastatas hostis gallerias omni fortissime interruptui repugnaretur; tamen iste continuatâ ferociter invasione contrascarpis, Revellinisque superatis in fossam ambo inter invasa suggesta commodi maioris spe irruendo profundis ejusdem lineis adductis humo plenè tectus enominatis suggestis tribus in locis apperitis, in cortinis & similibus vallis recentibus cuniculis accensis plurimâ peditatûs parte interfectâ & vulneratâ civitatem per 9. hebdomatum intervallum angustiis oppressam ita

enervavit, ut secundum cujuscunque judicium extremè tentandi causâ excurrere fas esset. Exinde sua Cæsarea Majestas (ut manifestum) & sacrum Romanum Imperium ob tam loci Celebris jacturam in summo periculorum casu versata superflua successum adminicula conquærendo, nos auxietate sollicitatos gratiosissimè adjuvando restituendæ libertati paternam operam navavit. Itaque serenissimus Elector Saxonie Joannes Georgius III. in propria Persona suo cum Exercitu 11000. militibus armatis effectivè proviso, quippe 6000. peditum. 4000. equitum. 1000. Dragonorum. Compagnia Incendiariorum, unâ cum corporalibus equitum excubiis, tormentis quoque bellicis selectis stipatus. 8. die mensis Septembris, Cæsareis, Palonicis, Bavariis, Francicis, aliisque confœderatis Cohortibus adstantibus se se adjunxit. Quibus conjunctis eodem die aciei ordo (ut hîc in ære habetur) designatus fuit. Sed tamen animadvertendum quod Regipoloniæ, Cæsarea Majestate ita postulante, de Bavariis, Saxonie & Francicis, in summa 4. Batalliones concessæ fuerint. Quâ de causâ 5. tantum Battaliones de Saxonie in prima linea designatæ fuerunt. Postero die 9. Septembris campo Tulnensi relicto ad montem Viennensem integer Exercitus se admovit. 10. ejusdem pedites, superioris sylvæ montem obtinebant. Saxones dextrorsum Collem proximum Kalenbergæ adjacentem conscendunt. Reliqua peditatûs turba valli

A

inhæ-

inhæret, equites ordinem sequuntur. Aliquot Dragoni commemorato monti transcendendo se committunt. Quo sua Regia Majestas Poloniæ cum aliis præclaris Belliducibus omnia perscrutatam loca veniens in rupevalli finitima vigilias suis Heyduckis agendas mandat. Elector Saxonix ex jussu Regis Poloniæ aliquot Battalliones ibidem, hoste forsan Heyduckos repulsuro locat. Isto die non singularis armorum commotio oriebatur. Sequente vero 11. Septembris tota peditum cohors Kalenbergæ se admovebat. Saxonicus pedites occasione ejusdem loci serviente festinando Exercitui præveniebant. Qua propter illi jam jam propemodum montem transcendentem ad pares lineas ducendas expectant. Renunciato de montis altitudine, simul ac hostis absentiam, visis Turcis Battallionatim in altera montis parte appropinquantibus, Saxones, etiam si Cæsarei impediende valle latè diffusis & reliqui medium montis obtinerent, illum tanquam prærogativam hosti rescisuri conscendunt. Hoste in medio montis stare conspecto, Saxonicus residua cohorti associati sinistrorsum, perustum Monasterium ordinis Camalduensis (37.) antiquam arcem (36.) simul cum Cæsareis obtinentes muniunt unum Cæsareum, duo Saxonica tormenta, quibus hostem angebant, plantant. Hostis per quondam temporis spatium Dimirans cum liberis pauculum retroversus sese proximis infossis abscondit. Nocte durante nihil peragebatur, usque ad 12. diem Septembris aurorâ jam surgente Cæsarea & Saxonica Soldatesca de Monte pedetentim descendens loco bene accommodato cui omnium aspectus serviebat, insidet. Siquidem in pede Montis excrementum Saxorum viro aliorum assibus circumcinctum Cæsareis & Saxonis Battallionibus primæ lineæ ad prærogativam adfamulantur. Quam primum ferociens hostium insultus non solum per vallem adversus Saxones, verum etiam Cæsareos non procul ab istis retro rupem latitantes exercebatur. Subinde Saxone citato pede cacumine Montis relicto deorsum volantes 2. Battallio-

nes in valle hostem necessitate adstringendo se ponunt. Ut eidem in fine Montis pes prærogativæ hosti denegaretur. Hac temporis instantiâ reliquæ Battalliones advolantes perbene hosti sese opponunt. Hostis illud sentiens valli vicinus appropinquat, peditatus illius occulta hic illicque loca quærit è quibus Cæsareis Saxonis que peditibus explodendo timorem incutere studebat. Qui è contrâ pedites suo in loco commorabantur donec hostis à sinistra adveniret. Ad hæc Saxonum pedites in sinistro cornu adversus hostem se converrunt. Hostis in valle saxifrutetis bene munitus Cæsareos Saxonicosque à fronte nudatos igne continuo sollicitat. Interea peditibus francis restantibus (d) à quorum Commendatore petitem Bellidux Reüs, ut suis cum Battallionibus se adjungeret, mittitur, quoniam hosti Saxonum tergum invadendi magna prærogativa fuit. Is vero bellidux Reüs prompto animo, suum Polimarchum principem de Waldeck francorum Commendatorem sua cum Battallione sine Jussu non cedere mandasse, profecti exinde Saxonice Battalliones divisæ ad tertiam lineam versus vallem ita se movent, ut hosti impetus abdiceretur, & peditus securitatis studio ex tribus lineis una cum 2. frontibus formare necessitaretur. (ab) interim ab hoste Battallionibus primæ lineæ explodendo, non mediocris jactura inferebatur, cum ille contactus; Cæsarei econtrâ & Saxones nudati, hostili postposito indagatæ aptius eundem expellere videbatur. Idcirco Turcæ à 2. Battallionibus Cæsareorum peditum, in quos illi (ut prædictum) barbarè irruebant, sub Ducis de Croy ductu sursum Montem urgebantur. Turcæ vero descendentes in altera Montis parte Cæsareos ita aggrediebantur, ut hoc in conflictu prænominatus Dux de Croy vulneratus, illius frater occisus fuerit. Exemplo Ludovicus Marchio Badensis turmam Saxonorum Dragonorum ex secunda linea sinistri cornu de equis descendendum stipatus succurrendo hostem prorsus de Monte singulari Saxonorum tormentorum ope depulit.

Infan-

Infanteria Saxonica hostem à fronte invadendo ita perturbat, ut imminentem tergo montem velocissimo cursu confugere coeretur. Saxones cum Cæsareis illum subito insequentes in cacumine Montis sese locaturum propellunt. Hoc instante reliquæ Saxonum Batalliones in valle (ut ante visum) latitantes hostem crudeliter à tergo cædunt. Ille vero in fossis peramplâ planicie explicatis cum quibusdam vexillis hæsitans continuante igne impediens ne nostratibus ad incursum cū reliquis in monte stantibus conjunctio præstaretur. Quapropter aliquot de istis Commendati hostem ad latus invadentes ad castra deserenda urgebant. Quâ retrostantibus Batallionibus ad reliquum exercitum sese admovendum via præparabatur. Elector Saxonix Montis apicem transcendens suis Belliducibus hac semper in actione pedites dirigentibus favorem exhibens, optando, ut, ni sinistrum cornu duxisset in propria persona illis adfuisset. Postea infanteria Cæsarea in monte conscensò castra metabatur. Hactenus horâ secundâ pomeridianâ in dextro cornu nihil fiebat. Attamen reliqui pedites unâ cum cornu dextro in sylva apud Dorenbach latitantes ad pugnam parati ordine aciei versus hostem se conferebant. Fortes mox turmæ dextrum cornu invadentes videbantur. Aliquot etiam Turcæ à sinistro usque in vallem in vasi parimodo illuc tendentes dextrum cornu aggrediebantur. Hosti aliquot Poloni occurrentes repellebantur. Qui igitur 4. Batallionibus Infanteriæ, à Cæsareis, Bavaris, Saxonis & Francicis ex postulatu Regis Poloniæ ante Conscensionem Kalenbergæ traditis ante dextrum cornu ad prærogativam positus sese associabant, cum dextrum cornu periclitatum esse videretur, demum. Hussari se adhærentes hostem aggrediendo in fugam negabant. Hoc temporis fluxu Dux Lotharingiæ cæteris cum Cæsareis Belliducibus in Montem veniens actionem Dextri cornu usque ad finem spectabat. Hoste fugam capessere viso, Consilio Polimarcho Goltzen à Belliducibus approbato, victo-

ria insequendo hostem reportabatur. Dux Lotharingiæ hoc peracto de Monte revertebatur. Cæsarea & Saxonica Infanteria cunctis Batallionibus stipata de cacumine Montis descendebat; Turcæ in valle hoc conspecto in priora sua castra revertentes ad sinistram aliquot 1000. congregabant. Hostis præterea vallum obducendo 6. tormentis de ære (e) munivit. Quibus tamen semper alte Inimis fulminabatur, idem altitudinem Disputaturus videbatur, Cæsarei, Saxonicique ad prælium parati monti imminentes altitudinem opinione hostem aggrediendi super eminebant, ille jam jam se castris (f.) dedit, Saxonis exinde ad prædam hæc 6. tormenta erant. Perdurante conflictu sub vesperum intra 5. tam & sextam horam Ludovicus Badensis cum Saxonis, Hauslericis Dragonis unâ cum medio Wittenbergico Regimento & aliis turmis usque ad contrascampam portæ scotiæ vulgò scoten Thor sese admovendo quamprimum mutuo consensu cum Commendatore comitæ de Starenberg hostiles fossas cuniculosque hucusque à militibus fortiter confirmatos corruendi causam præbebat: hostis ex castris suis usque ad ultimum momentum horribili tormentorum boatu, fero bombardum jactu, crudelique tumultu, quasi palma in Manibus suis adhuc viresceret, continuabat. Nostrates ad extra (modo concluso) in fossis à tergo invadentes hostis 2. tormentorum versorum igne angebat. Cum Janitscharis paulisper peracto conflictu Turcæ è lineis, omnibus relictis fugientes nostrates e civitate corruentes non expectabant. Nostrates è civitate sub maturum lucis ortum irrumperere Approchas præsumentes nec unum è Turcis reperientes omnia prædæ attributa sine ullo insultu puncto superabant. Poloni Capitalia hostis castra ingrediendo grandis Veziri tentoria unâ cum adjunctis prædabantur. Hoste sumo illius diei manè cum magna equorum & Machinarum curuum copiâ, cum multis 1000. militum castris à tergo relictis adversus Schwâcham confugiente gratissima e-

dem vespero nova à generali adjutante comite de Ausperg suæ Cæsareæ Majestati Thirensteinæ retro Cremsam illo tempore residenti adferebantur. 13. Septembris manè Rex Poloniæ, Electores, Baviaræ, & Saxonæ, Dux Lotharingæ simul & præsentis principes, belliduces hostis Approchas circa civitatem recognitari adveniebant. 14. ejusdem sub meridie sua Cæsarea Majestas per naves sub ternum tormentorum salve circum civi-

tatem exiguo Aulicorum Comitatu adstipulata Viennam felicissimè attingebat, ubinam suæ Cæsareæ Majestati portum obtinenti, ambo Electores Baviaræ & Saxonæ, Dux Lotharingæ, reliqui Principes & Belliduces unà cum ingenti populorum turba ad ripam Danubij obviantes de felicissima civitatis liberatione congratulabantur. *Adhæc* te Deum laudamus solenni pompâ. In Basilica S. Stephani cantabatur.

F I N I S.

